



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exacta Facti Species Cum solida Remonstratione non
existentis Prætensæ Electionis Serenissimi Principis
Josephi Clementis Bavariae Ducis junctâ resolutione
diversarum quæstionum pro firmanda ...**

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

Litteræ Illustrissimi D. Nuncii Apostolici ad Illustrissimum Capitulum
Coloniense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38262

Littera Illustrissimi D. Nuncii Apostolici ad Illustrissimum Capitulum Colonienſe.

Illustrissimi Perillustres ac Reverendi Admodum Domini.
Non exiguum concepit mœrorem Sanctissimus Dominus noster, ex
 Nobitu claræ memoriæ Serenissimi Electoris Colonienſis, enixisque
 votis à Deo supplex efflagitat, ut Ecclesis illius morte viduatis condignè
 provideatur; Sanctitas sua mihi ideò injungere dignata fuit, ut illu-
 strissimis Dominationibus vestris renunciarem mentem ejus esse, quod
 in imminentibus Electionibus ineundis, Canonicè procedatur, illæq;
 dirigantur in eos, qui prudentia & virtute NB. digniores NB. aptioresq; cen-
 seantur ad earundem Ecclesiarum Regimen Laudabiliter subeundum: hæc sunt
 vota tanto digna Pontifice, digna etiam ut iisdem ad amussim obsequatur, Illu-
 strissimarum Dominationum vestrarum pietas, illorumq; Zelus erga istam Eccle-
 siam. Cui & ipse pro mearum virium tenuitate inservire exoptans,
 permaneo Coloniae 13. Julii 1688.

*Illustrissimarum Perillustrium ac RR.
 admodum Dominationum vestrarum*

Illustrissimo Capitulo Metropolitanae Colonienſis
 ad omnia officia Paratissimus J. A. Archi-
 Episcopus Damacenus.

BREVE SANCTISSIMI.

Ad Illustrissimum Capitulum Colonienſe.

INNOCENTIUS Papa XI.

Dilecti Filii Salutem & Apostolicam benedictionem, tristati sane no-
 parum sumus, de obitu Venerabilis Fratris Maximiliani Henrici
 Archi-Episcopi dū viveret Colonienſis de quo litteris 5. Junii proximè
 elapsi datis certiores nos reddidistis, perspectæ enim ejusdem virtutes
 ac prærogativæ à Charitate, qua illum prosequeremur prorsus id re-
 poscebant, tristitiam autē nostram opportunè levantes consideratione
 mercedis magnæ nimis, quam ipsum in æterna beatitudine à liberali ju-
 storum remuneratore Deo recepisse speramus pro sollicitudine, quam
 gerere debemus omnium Ecclesiarum, præsertim verò Colonienſis,
 vehementer vos in Domino hortamur, ut in Eligendo successore, augmentum
 divinæ gloriæ unice propositū habeatis, in eumq; tantummodò conveniat,
 quem præclaris magno Præsule dignis dotibus, NB. insignitum, ad omnes Pastro-
 ralis officii partes laudabiliter obeundas, magis NB. inter vos idoneum agnov-
 eritis. Quod ut juxta pietatis, Zeliq; vestri onus, votumq; nostrum ac expectatio-